Quelle:
Copyright:



"pars quae est de Urinis ätz. Sed quae est prima pars? an doctrina de gradibus? Immediate additur

6. De pulsibus hac inscriptione: "Sequitur pars Ter-
"tia quae est de pulsibus et est capitulum uni-
"cum et singulare a Magistro Bernardo de Gordo-
"nio edita". Incipit: "Pulsus est nuncius qui non
"mentitur".

133

7. Liber de Phlebotomia. Incipit: "Homo enim est
"princeps et rex omnium animalium". Etiam
hujus libri nullus scriptorum meminit.

Joan. Damasceni Aphorismi.

Insertum operi 1°.

122a–126a

2.

Post librum Gordonii de pulsibus, codici nostro
inserti sunt Aphorismi Joannis Damasceni, quod
ex subscripto patet, ubi legitur: "Expliciunt Apho-
"rismi Joannis Damasceni". Initium est: "Liberet
"te Deus fili amantissime a devio erroris".

Bernardus Gordonius, natione Gallus, Medicus et
Professor Montispellanus suo tempore celeberri-
mus obiit circa an. 1305. Elaborando famosissi-
mo suo operi Lilium medicinae studium 20 ano-
rum impendit. Praedicta opera ex eodem lilio
repetita esse, dicit Fabric. Bibl. med. et inf.
lat. T. II. p. 231. vid. etiam Merklin. Linden. renov.
p. 128.

Joannes Damascenus, monachus Benedictinus, filius
Mesue, et floruit ao 1155. vel 1158. Merklin.
Lind. renov. p. 563. graece an arabice scripserit, du-
bitatur.